

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio ba  
cum fontibus primis

O te felicem hominem! Si nichil  
habes propter quod quisquam  
tibi menciatur, nisi quod  
iam eciā causa sublata est,  
mentimur consuetudinis causa.

O te hominem felicem, quod nihil  
habes propter quod quisquam  
tibi tam longe mentiatur! nisi quod  
iam etiam ubi causa sublata est  
mentimur consuetudinis causa.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 46.3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.119, ll.20-22).

Adulator blandus consilium  
dabit quod deliberanti gracius  
fore suspicabitur.

Unusquisque aut, quia timidus erat, id  
illi suadebat quod sibi suasisset, aut, quia  
adulator et blandus, id consilium  
dabat quod deliberanti gratius  
fore suspicabatur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 77.5 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.245-6, ll.27, 1-3).

Casse fidei sunt qui iugiter blandiuntur.

Cassa fide sunt, qui jugiter blandiuntur.

Seneca LXXXI. epistola.

Quintus Aurelius Symmachus,  
*Epistolae*, 37 (PL 18, col.161B).